

S V M M A
Dicendorum in hac disputatio-
ne decima quarta.

NVMERO primo probat author poten-
tias sensitivas non esse merē passiuas.
Num. 2. Probat author potentias sen-
titivas esse merē actiuas. Num. 3. De
natura pecorum sensibilium differi-
tur secundum communem opinionem. Num. 4. Spe-
cies sensibiles producuntur ab obiecto. Num. 5. Ve-
rius est omnes species sensibiles immediatae produci-
ab obiecto. Num. 6. Non possunt seruari species sen-
sibiles sine suo obiecto, nisi supernaturale. Num. 7.
Ab aliis obiecto, & ab aliis speciebus potest fieri sen-
satio diuinis. Num. 8. Species sensibiles sunt di-
uersae naturae & sibi obiecto. Num. 9. Species sensibiles
non sunt spiritalis. Num. 10. Species sensibiles
sunt tantum virtuales similitudines obiectorum.
Num. 11. Species sensibiles sunt diuinis. & subie-
ctivae, & obiectivae. Num. 12. Sunt etiam intensae
diuinis. Num. 13. Species impressae concurrent
effectuē ad sensationem. Num. 14. Quinque ratio-
nes probantur ab species sensibiles. Num. 15. Sol-
lununt rationes superioris Clippi. Num. 16. Deter-
minat author de medio tollendas esse species sensibi-
les. Num. 17. Quinque sunt sensibilia communia.
Num. 18. Sensibilia communia non imprimitur sua
speciem. Num. 19. Quomodo si verum, quod sensus
non eret circa proprium sensibile? Num. 20. Per
quamnam speciem obiectum album a longe appareat
negrum. Num. 21. Quinque tantum sunt sensus ex-
terni. Num. 22. Sensus externi non percipiunt suas
operations. Num. 23. Quomodo si verum, quod
sensibile possum supra sensum non faciat sensatio-
nem. Num. 24. Sensus editur a vekementi sensibili.
Num. 25. De obiecto potentia visiva. Num. 26.
Veri colores distinguuntur à lumine. Num. 27. Al-
bedo, & nigredo sunt extremitati colores. Num. 28. De
compositione colorum. Num. 29. Color est etiam in
interioribus superficiebus. Num. 30. Lux, & lumen
non differunt specie. Num. 31. Lumen non est cor-
pus, sed qualitas. Num. 32. An lumen sit qualitas
intentionalis, in viramque partem afferuntur, &
soluntur rationes. Num. 33. Verum est esse qualita-
tem realem. Num. 34. Determinat author quod lu-
men non producat sui speciem. Num. 35. Deter-
minat lumen recipi etiam in coloribus, seu obiecto vi-
sibili. Num. 36. Decidit, quod ad visionem colo-
ris requiratur illuminatio medijs, non vero ad vi-
sionem lumen. Num. 37. Concludit author etiam ex
parte obiecti requiri lumen. Num. 38. Species in-
tentionalis etiam datur non videtur. Num. 39.
Decidit author visionem fieri per sympatiam poten-
tiae ad obiectum, non vero alterius. Num. 40. Aperi-
tur, quoniam sit organum potentia visiva? Num. 41.
Sonus non est motus, sed qualitas, parvum successiva,
partim permanens. Num. 42. Ad productionem so-
ni tria corpora requiruntur. Num. 43. Sonus sub-
iectatur in corpore intermedio, non vero in corpo-
ribus sonantibus. Num. 44. Medium soni est air,
& aqua. Num. 45. Ostenditur, quomodo fiat audi-
tio, scilicet per sympatiam. Num. 46. De Echo.
Num. 47. Descriptio auris, & quoniam sit organum
auditus. Num. 48. Decidit, & explicatur, quod
odor non sit exhalatio. Num. 49. Odor est secun-

da qualitas. Num. 50. Declaratur species odoris.
Num. 51. De medio odoris. Num. 52. Decidit au-
thor, quid nec secundum esse reale, nec per species
odor peringat ad obiectum. Num. 53. De organo ol-
factu. Num. 54. ostenditur, quid sit sapor. Num. 55.
Declaratur species saporis, & earum compositio.
Num. 56. Quinam sibi extremitati sapores? Num. 57.
Gustus est distinctus à tactu. Num. 58. Neque per spe-
cies, neque per esse reale, sed sympathia tauri gustus
immutatur a sapore. Num. 59. De organo gustus.
Num. 60. Obiectum primarium adequatum poten-
tia tactuam sunt quatuor prima qualitates. Num. 61.
Tactus tantum percipit exuberantia sui obiecti.
Num. 62. Vna est tantum potentia tactuam. Num. 63.
Potentia tactuam non habet per se medium, sed per
accidens. Num. 64. Non debent admitti species pro-
tactu. Num. 65. De organo tactus. Num. 66. Quas
sensationes internas in nobis experimur. Num. 67.
Referuntur varie opiniones circa numerum poten-
tiarum sensuuarum internarum. Num. 68. Proba-
bilis est sufficere unam potentiam sensuaram in-
ternam. Num. 69. Nervi ducent originem à cere-
bro, non à corde. Num. 70. In quānam parte capitis
resideant sensus interni. Num. 71. Varia dubia dis-
cuiuntur circa sensus interiores. Num. 72. Sen-
sus interni percipiunt sua obiecta sine speciebus.
Num. 73. Quomodo producantur species secundum
eas admissentes pro sensibus internis?

Partitio I.

An potentiae sensitivae sint actiuas,
vel passiuas?

Celeberrima exitit præsens difficultas olim
in schola Philosopherum, ut videre est apud
Recentiores; eius autem indagandæ aniam
præbet Aristotle lib. 2. de anima cap. 5, dicens
potentias vegetatiuas esse actiuas, sensitivas vero
non item, sed passiuas.

Vnde factum est, vt in variis distracti sint
partes super hos ipsi interpretes; nam Caieta-
nus lib. 20. de anima in cap. 5 vult potentias sensi-
tivas esse merē passiuas. Plotinus Aeneade 4.
lib. 6. ait potentiam sensitivam recipere quidem
speciem sensibilem, & secundum hoc se habere
passiuam, at postquam recipit speciem ipsa poten-
tia obiecta anima, & quasi sopitam excitat,
qua se excitata, & enigilans effectuē elicit sen-
sationem; quare non potentia, sed ipsa anima se
habebit actiuam ad sensationem: Albertus Mag-
nus libro de apprehensione dicit speciem impres-
sam (de hac enim hic solum debet intelligi fer-
mo) se habere in potentia sensitiva, sicut se ha-
bet calor in aqua, & sicut aqua calida dicitur ca-
lefacere manum, ita potentia sensitiva informa-
ta specie impressa elicit sensationem, non quod
se habeat actiuam, sicut nec aqua se habet actiuam
ad calefactionem, sed quod ex vitroque fiat vnum
principium eliciens sensationem: Apollinaris,
landunus, & plures alii in quolibet sensu duas
ponunt potentias sensitivas, vnam passiuam, que
recipiat speciem impressam, & alteram actiuam,
qua producat sensationem, & iuxta hanc opi-
nionem quinque dabuntur sensus externi passiu-
ui, & quinque actiuui. At communior Philoso-
phorum opinio dicit potentiam quilibet sen-
sitivam

Varia opinio-
nia.